



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

XLV. Erasmus Techanus, Altarist zu Bernau, bevollmächtigt einen
Altaristen zu Bamberg seinen Altar in Bernau aufzugeben, am 12. Juni
1472.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54734)

XLV. Erasmus Techanus, Altarist zu Bernau, bevollmächtigt einen Altaristen zu Bamberg seinen Altar in Bernau aufzugeben, am 12. Juni 1471.

In Nomine Domini Amen. Anno a nativitate eiusdem Millefimo quadringentesimo septuagesimo primo, Indict. quarta, die Mercurii, duodecima mensis Junij, hora meridiei uel quasi, Pontificatus Sanctissimi in cristo patris et domini nostri, Domini Pauli diuina prouidentia pape secundi anno septimo, in mei Notarii publici testiumque infracriptorum, ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, prefencia personaliter constitutus honorabilis vir dominus Erasmus Techanus, presbyter, Altarista Altaris Sancte Katherine in parochialj Ecclesia Beate virginis Marie in Bernaw Brandenburg. dioc. sitj, Non vi, dolo, fraude, metu vel aliqua sinistra machinatione seductus — solemniter ordinauit suum verum certum legitimum et indubitatum procuratorem — honorabilem virum dominum Martinum zu d a m de Berlin, protunc Altaristam Altaris Sancte Marthe in Ecclesia Bambergensi siti, specialiter et expressè ex ipsius domini constituentis nomine et pro eo ad manus prefati domini nostri pape seu eius vicecancellarii seu loci ordinarii aut alterius cuiuscunque, huiusmodi Resignationem admittendi de iure uel consuetudine communiter uel diuim potestatem habentis vel habituri, pure libere ac simpliciter resignandum altare suum predictum Sancte Katherine, quod quidem altare ipse dominus constituens obtinet, necnon omni iuri, eidem domino constituenti in prefato altari seu ad id quomodolibet competenti, Renunciandum, Et in animam ipsius domini constituentis iurandum, quod in resignationem seu Renunciacionem ipsius non intercederit fraus, dolus, illicita pactio aut quevis alia corruptela, que sopiat uel inducere posset Symoniacam prauitatem, nec interveniet in futurum, Nec non Resignationem et Renunciacionem huiusmodi admitti, literasque desuper necessarias petendum et obtinendum, Et generaliter omnia alia et singula faciendum, dicendum, gerendum, exercendum et procurandum, que in premisis et circa ea necessaria fuerint seu etiam quomodolibet oportuna. — Acta sunt hec in domo Parochialis Ecclesie Sancti Mauricii in oppido Ingolstadt, Eystetenf. dioc., sub Anno, indictione, die, mense, hora et pontificatu quibus supra. Presentibus ibidem Scientifico ac honorabilibus viris Magistro Petro Pulmari Decano in Puchsenheym ac Remigio Mayz prefate ecclesie Santi Mauricii in Ingolstat, parochialium ecclesiarum Rectoribus, pluribus testibus ad premissa specialiter vocatis pariter et rogatis.

Et quia Ego Conradus Kastner Presbyter Frisingensis dioc. Publicus imperiali Auctoritate Notarius etc.

Aus dem Originale des Bernauer Archives.

XLVI. Kurfürst Albrecht beleiht Tamme und Claus Röbel mit Besitzungen zu Buch, Buchholz, Wartemberg, Lindenbergh und in verschiedenen Dörfern, so wie auch in Bernau, am 30. Januar 1472.

Wir Albrecht, von gottes gnaden Marggraue czu Brandenburg, des heiligen Romischen Reichs Erez-Camerer vnd kurfürst etc. Bekennen —, das wir vnnfern lieben getrewen Thammenn vnd Claus, gebrüdern, die Röbel genannt, disse hirnachgeschriben guter, Jerliche czinse vnd